

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0094

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUADRAGESIMUM
SECUNDUM.

XLII. HOOFDSTUK.

*Arboris rubrae reliquæ species.**De overige zoorten van de Roode-Boom.*

Reliquas arboris rubrae species uno comprehendi capite, dum rari sunt usus.

Arbor rubra secunda, Amboinice *Aycan Boppo*, corticem gerit quodammodo molliorem quam præcedentis, ex multis quoque tenuibus lamellis constructum, qui colorem gerit penitus rufum: Hujus folia sunt minora reliquis aliis *Aycan* speciebus, obscure viridia, sicca, quinque pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata, in obtusum apicem definentia, ac fere in ramis sessilia, bina sibi obposita, sed rara & vaga, horum venæ in sinus defluunt uti in præcedenti, sed inter oras majus habent interstitium quam in cæteris *Aycan* speciebus.

Flores primo oblonga sunt ac viridia capitula, sese aperientia in quatuor apices, ac quatuor alba exhibent petala, quorum centrum repletum est plurimis longis tenuibus & albis staminibus uti in *Guajavo*, sed quæ tenuiora sunt, magis intricata, ac firmiora; Hosce insequuntur fructus parvi rotundi instar tenerorum *Guajavorum*, qui pericarpio concavo insident, ac plerumque terni simul proveniunt, quisque vero suo insitit calici petiolo longiori, uti in *Caryophyllis*.

Hujus ligni color magis obscurus est quam præcedentis, siccatumque ex fusco pallide cinereum est, tenuiter striatum, facile rimas agens, nec bene poliri potest: Ejus substantia est gravis & ionda, nec uti quam vero durabilis, nec magni ex ipso postes formari possunt, quum raro adeo crassescat arbor. Afferes ex hoc formati ligno facile incurvantur, si per Solis radios exsiccentur, ac facile rimas agit inelegantes.

Nomen. Latine *Arbor rubra secunda*: Amboinice *Aycan Boppo* h. e. silvestris, quum in silvestribus crescat locis, vel quum ejus natura sit silvestris magis reliquis: *Boppo* autem peculiariter alia est arbor, ad finis tamen quoque *Caju Mera*.

Huc quoque pertinet *Arbor rubra saxatilis* seu *Aycan Hatulale*, quum semper in saxosis ac saepe ex ipsis crescat rupibus; Hæc tantum humilis est arbor, foliumque gerit angustius & acutius quam præcedens, fructus squallide albicantes instar minorum *Jambosorum*, inedules: durumque ejus est lignum instar *Nesfatii*.

Arbor rubra tertia, Amboinice *Aycan Bugulawan*, ex similitudine fructuum cum *Caryophyllis*, quæ distinguenda vero est a *Bugulawan Aycan*, quæ silvestris est *Caryophyllorum* arbor, supra libro secundo descripta: Non alta est hæc arbor, plerumque virum crassa, corticem gerens obscure cinereum ac fissum muscosumque, qui vero in ramis est magis æqualis ac rufus. Rami ac rachides sunt incurvæ, breves, ac nodosæ: Folia sunt breviora & rotundiora quam aliarum *Aycan*, illis *Mangii caseolaris* quodammodo similia, quatuor ac quinque pollices longa, binos cum dimidio & tres lata, subrotunda, paucis tenuibus pertexta venis, crassiuscula, scabra, bina sibi obposita, ac rara.

Fructus *Caryophyllis* simillimi sunt, sed breviores & crassiores, similibusque insidentes corymbis, tres ac tres simul juncti & provenientes, altisque insident calicibus communi in petiolo: Si fructuum capitula sese aperiant, acervum exhibent alborum staminum, post quorum lapsum in singularum baccarum capitulo bini adparent circuli, in quorum centro firmus erigitur apex, quatuor vero istius capituli anguli sese non tangunt nec clauduntur, uti in reliquis *Caryophyllis*, sed aperti persistunt. Bacca ipsa rubet, crassescit, ac tandem in fuscum abit colorem, uti in *Anthophyllis*.

Arboris lignum ex fusco obscure cinereum est, seu terrestris coloris, coloris pallidi, longisque constat fibris, ac facile finditur, & raro ad ædificia adhibetur: Trunci cortex eodem quoque modo ad retia

majo-

De resterende zoorten van *Arbor rubra* heb ik in een Capittel begrepen, dewylze van weinig gebruik zyn.

De tweede *Arbor rubra*, in 't Amboins *Aycan Boppo*, heeft een schorffe die wel zo zagt is, als aan 't voorgaande, mede uyt veel dunne vellekens gemaakt, en regt ros van couleur. De bladeren zyn kleiner dan aan alle andere *Aycans*, swart-groen, droog, vyf duymen lang, twee en twee en een half breed, met een stompe spits, en bykans zonder steel, tegens de takken aan zittende, twee tegens malkanderen over, doch weinig aan de takken, de aderen lopen met bogen tzaamen, als in 't voorgaande, doch laten een grooter spatie tusschen de randen, dan aan de andere *Aycan*.

Het bloeyzel zyn eerst langachtige groene knoppen, die zig openen in vier spitzen, en vertoonen vier witte blaadjes, zynde het binnenste uitgevuld met veel lange fyne en witte draatjes, als aan de *Guajavos*, synder, verwerder, en vaster hangende, daar na volgen kleinere vruchten, als jonge *Guajavos*, in een bol bekertje staande, gemeenlyk drie by malkanderen, doch yder op een byzonder woetje, en deze op een ander langere steel, gelyk *Nagelen*.

Het hout hier van is donkerder van couleur, dan 't voorgaande, besterft ook uyt den bruynen doots-graauw, fyn gestreept, ligt scheurende, en laat zig niet glad werken. Het is wel sijnbaar in 't licht van substantie, maar gantsch niet durabel, men kan 'er ook geen groote stylen van hebben, om dat het zelden zo dik werd, als een man. De planken daar van gemaakt, werden ligt krom, als baar de Sonne raakt, en scheuren ligt en lelyk.

Naam. In 't Latyn *Arbor rubra secunda*: Op Amboins *Aycan Boppo*, dat is, 't wilde, om dat het op wilde plaatzen wast, of om dat zyn natuur wilder schynt, dan de andere. Doch *Boppo* in 't byzonder is nog een ander boom, hoewel mede uyt de maagschap van *Caju Mera*.

Zo behoord ook hier onder *Arbor rubra saxatilis* of *Aycan Hatulale*, om dat het altyd op steenachtige plaatsen, ja dikwils uyt enkele steenen groeyd. Dit blyft maar een lage boom; heeft wat smalder en spitzer blad, dan 't voorgaande, vuyl-witte vruchten, als kleene *Jamboezen*, onbequaam te eeten; een hard hout als *Nesfat*.

Het derde *Arbor rubra* in 't Amboinsch genaamt, *Aycan Bugulawan*, na de gelykenisse, die zyne vruchten hebben met de *nagelen*, doch te onderscheiden van *Bugulawan Aycan*, 't welk is de wilde *Nagel-boom*, boven Lib. 2. beschreven. Het werd geen hoogen boom, in 't gemeen een man dik, met een donkere graauwe gescheurde en Mosachtige schorffe, maar aan de takken isze evenner en roffer. De takken en ryskens zyn bochtig, kort, en geknoopt. De bladeren zyn korter en ronder, dan aan andere *Aycans*, die van 't *Mangium Caseolare* eenigzints gelyk, vier en vyf duymen lang, twee en een half en drie breed, vooren rond, met weinige subtile adertjes, dikachtig, styf, twee en twee tegens malkander, en weinig in 't getal.

De vruchten zyn de *Nagelen* zeer gelyk, doch korter en dikker, aan diergelyke kroontjes staande, te weten, drie en drie by malkander, met hooge woetjes op een gemeene steel. Als zig het hoofden of kabelette opent, zo vertonenze een vlok van witte draden, naar welkers afvallen ziet men op 't hoofd van ieder bezie twee circulen, in welkers midden een styve spitz staet, en de vier hoeken van 't hoofden sluyten baar niet, gelyk andere *Nagelen*, maar blyven zo open staan. De bezie zelfs werd rood, dik, en ten laatsten bruyn, gelyk een *Moer-nagel*.

Het hout is mede uyt den bruynen, donker-graauw of aardverwig, doots van couleur, langdradig, en ligt scheurende, en werd tot den huysbouw weinig gebruykt. De schorffe des stams, werd op dezelfte manier tot taanen

majora usurpatur, uti in præcedenti fuit dictum capite.

Arbor rubra quarta five latifolia, Malaice *Caju Mera daun Befaar*, Amboinice *Aycan Lau Ila*, quia inter omnes *Aycan* species maxima gerit folia, humilisque est arbor, truncum gerens incurvum, nunc bifidum nunc trifidum, instar fruticis, cum *Jambosa silvestris* libro primo descripta tantam gerit similitudinem, ut vix inter sese distingui ac dignosci possint, ambæ enim sunt arbores humiles & incurvæ, ampla magnaque gerentes folia, illis *Jambi* simillima, cortex vere hujus *Aycan* ex more suo semper magis rufescit quam *silvestris Jambosæ*, ejusque folia sunt rotundiora & latiora, crassiores gerentia costas ac venas, majores formantes sinus quam in *Jambosa*, ac contrita ingratum præbent acidulum saporem atque odorem.

Flores quoque albescent uti præcedentium, vagis ex corymbis provenientes. Fructus similes sunt *Anthophyllis Caryophyllis silvestris*, sed rotundiores sunt, formamque gerunt brevium *Olivarum*, quatuor gerentes squamas superne concurrentes, & umbilicum formantes, uti in *Jambosis*. Sub externa carne acidula instar immaturarum *Jambosarum* fæccus reconditur nucleus, externe albus, interne purpureus.

Lignum magis albescent quam reliquarum priorum specierum, ipsi *Jambosæ* simile, nulli usui aptum.

Locus. In cunctis crescit locis planis inter reliquos humiles frutices, sed potissimum circa litora.

Ufus. Nullum peculiarem præbet usum, excepto quod ejus cortex aliquando adhibeatur ad *Oebat Papeda* seu pultem ex ipso præparandam, uti supra de pluribus aliis fuit dictum arborum corticibus.

nen van groote netten gebruykt, gelyk in 't voorgaande Capittel gezegt is.

Het vierde *Arbor rubra* ofte de breedbladige, in 't *Maleys* *Caju Mera daun Befaar*; *Amboins* *Aycan Lau Ila*, dewyl 't onder alle *Aycan* de grootste bladeren heeft, blyft een lagen boom, met een bochtige stam, zomtyds in tweeën of drieën verdeelt, gelyk een struyk, met de *Jambosa silvestris* Lib. 1. beschreven, zulke gelykenisse hebbende, dat menze qualyk onderscheiden kan, want beyde zyn lage en kromme boomen, met groote breede bladeren, die van *Jamboe* zeer gelyk, doch de schorsse van dit *Aycan* is naer zyn gewoonte altyd roffer, dan de wilde *Jamboe*, en de bladeren zyn wat ronder en breeder, met grovere aderen, die merkelyker boogen maken dan de *Jamboe*, gewreven zynde onlieffelyk zuur van reuk en smaak.

Het bloeyzel is mede wit, als aan de voorige, aan ydele kroontjes staande. De vruchten zyn de *Anthophilis* van de wilde *Nagelen* gelyk, doch ronder, in gedaante als korte *Olyven*, met vier schubben, die vooren t'zamen stooten, en een navel maken, gelyk aan de *Jamboes*. Onder 't buytenste vleesch, 't welk zuur is, als onrype *Jamboesen*, leyd een drooge korl, van buyten wit, binnen peers.

Het Hout is witter dan aan alle de voorgaande, dat van de *Jamboes-boom* gelyk; tot niets gebruykelyk.

Plaats. Het wast op allerhande vlakten, onder de lage ruygten, doch meest omtrent het strandt.

Gebruik. Het heeft geen zonderlyk gebruyk, behalven dat zyn schorsse zomtyds genomen werd, tot *Oebat Papeda* daar van te maken, gelyk boven van meer andere gezegt is.

CAPITULUM QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Arbor Facum major. Cajus Lobe.

A *Rbor Facum* duplex est, major & minor. Primo: *Arbor Facum major* mediocris est arbor, ad summum crus, plerumque vero pedem crassa, rectissime adurgens, corticem gerens glabrum ex cinereo fuscum: Ejus rami ramulique sunt quoque recti, tenues, firmi, æquales, rotundi, glabri, & obscure fusci, adeoque duri & lenti, ut minimus etiam ramus pollicem modo crassus adultum satis juvenem sustinere valeat: Foliorum vero rachides facillime abruptuntur, atque hæc in ramulis in plures alias minores dividuntur, ita ut hæc arbor densam constituat comam. Hisce brevibus rachidibus vix culmum crassis, folia insident solitaria, inordinata, fere sessilia. Quæ sunt scabra, crassiuscula instar pergameni, superius glabra, æqualia, & late viridia, inferius paucis obliquis, incurvis, & protuberantibus costis pertexta, singula septem vel novem pollices longa: Amboinensis vero speciei tres, quatuor, & quinque pollices longa sunt, binos lata digitos, nervus autem medius superne parum protuberat, nullum notabilem habent saporem, fere silvestrem, attamen penetrantem. In Boeronensi sex pollices longa sunt, tres digitos transversales lata, superne penitus glabra & æqualia, saporis resinosi, ad Canarium adcedentis: Ex arboris forma & fusco ramulorum colore videtur adfinis esse præcedenti arbori rubræ, seu utrisque *Caryophyllastris*, foliorum vero situs, ipsorumque costæ & sapor alia declarant.

Flores sunt pusilli, albi, tres, quatuorve simul uno ex corymbo progerminantes, hosce solitarii plerumque insequuntur fructus, aliquando vero quinque vel sex simul magnitudine ovi, seu fructus *Bonga Tanjong*. Qui externe obducti sunt obscure viridi & molli putamine instar Canariorum, multo vero tenuiori, maturi vero fructus viridem habent instar pomorum colorem, sub isto vero putamine nux reconditur Canarium referens, quæ putamen gerit durum, quod ictu aperiendum est, exhibetque nucleum nigricantem inedulem.

Arboris lignum albicat, tenuibus constat fibris, estque durum & solidum, adeoque lentum & flexile, ut arbor hæc alta & gracilis non frangatur, licet fortioribus

XLIII. HOOFDSTUK.

De groote Toorze-Boom.

A *Rbor Facum* is tweederley, groot en klein. Eerstelyk; *Arbor Facum major*, is een middelbare boom, op 't hoogste een dye, maar gemeen een been dik, zeer regt opschietende, met een evene schorsse, uyt den graauwen bruyn. Zyne takken en ryskens zyn ook regt, dun, styf, even, rond, glad, en donker-bruyn, zo hard en styf van hout, dat de minste tak van een duym dik, een kloeken jongen dragen kan, doch de ryskens breeken kort af, dezelve staan wel aan de takkens, al wederom in veele andere mindere verdeelt, zo dat by een dikke kruyn maakt. Aan deze korte ryskens, dewelke qualyk een stroo-balm dik zyn, staan de bladeren enkelt, en zonder order, op zeer korte voetjes. Deze zyn styf, dikachtig, als perkement, boven glad, even, en blyde-groen, van onderen met weynige schuynze gebogene en uytbuylende ribben, aan ieder zeven en negen: Aan een *Amboinsch* geslacht zynze drie, vier, en vyf duymen lang, twee vingers breed, en de middelzenuwe buylt boven een weynig uyt, zonder merkelyke smaak, of wat wild, niet te min doordringende. In de Boeroneeze zynze zes duymen lang, drie dwersvingers breed, boven gantfch even en glad, van smaak wat bersachtig, na *Canari* trekkende. Het fatsoen des booms, en de bruynze couleur der ryskens inziende, zoude men zeggen, dat by uyt de maagfchap van de voorgaande *Arbor rubra*, of van de beyde *Caryophyllastris* ware, doch den stand der bladeren, haare ribben, en smaak, wyzent anders uyt.

Het bloeyzel bestaat uyt kleene witte bloempjes, drie en vier aan een kroontje voortkomende. Hier op volgen meest enkele vruchten, zomtyds ook vyf en zes by mal-kander, in de grootte van een vogel-ey, of als de vrucht van *Bonga tanjong*. Buyten hebbenze een donker-groene en welke bolster, gelyk *Canary* noten, doch veel dun-der, dewelke in haare rypheyd appel-groen werden, daar onder leyd een nootje, gelyk een *Canary*, met een harde schaal, dewelke men opkloppen moet, zo vind men daar in een zwarte heeft, die niet eetbaar is.

Het hout is witachtig, digt, hard, en syndradig, zo taay en buygzaam, dat deze booge en ranke boomen niet breeken, al werdenze door een harde wind heen en weer